Fragmentarium

dentes autē cognouerunt de uerbo quod
dictum erat illis de puero hoc. Et omnes
qui audierunt mirati ſunt et de hys que
dicta a paſtoribȝ ad ipſos. Maria autē cō
ſeruabat omnia uerba hec. conferens
in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores glo
rificantes et laudantes deum. in omnibȝ
que audierant et uiderant. ſicut dictum
eſt ad eos. off. Deus enim firmauit orbem terre
qui non commouebitur parata ſedes tua deus ex tunc
a ſeculo tu es. Secreta
Munera noſtra q̄s dn̄e natiuitatis hodi
erne myſterijs apta proueniant ut ſicut
homo genitus idem refulſit deus: ſic nobis
hec terrena ſubſtantia conferat quod diui
num eſt. P. Alia ſecreta
Accipe q̄s domine munera dignanter
oblata et beate anaſtaſie ſuffragantibȝ
meritis ad noſtre ſalutis auxiliū prouenire
concede. P dn̄m. Prefatio
Eterne deus. Quia p incarnati.
Communicantes et noctē et c. co Exulta filia

ſup terram. a ſanguine abel iuſti uſqȝ ad
ſanguinē zacharie filij barachie quem oc
cidiſtis inter templum et altare. Amē dico
uobis. uenient hec omnia ſup generationē
iſtam. iheruſalem iheruſalem que occidis p
phetas et lapidas eos qui ad te miſſi ſunt
Quociens uolui congregare filios tuos quē
admodū gallina congregat pullos ſuos
ſub alas. et noluiſti. Ecce relinquetur uo
bis domus ueſtra deſerta dico enim uobis.
non me uidebitis ammodo donec dicatis
benedictus qui uenit in nomine dn̄i. off.
Elegerunt apoſtoli ſtephanū leuitam plenum fide
et ſpiritu ſcō quem lapidauerunt iudei orantē et dicē
tem domine iheſu accipe ſpiritum meum. Secreta
Suſcipe domine munera pro tui comme
moratione ſcī ſtephani ut quē paſſio
fecit glorioſum nos eius deuotio reddat inno
cuos. per dn̄m. co Video celos apertos et ihm̄
ſtantē a dextris uirtutis dei domine iheſu accipe ſpm̄
meum et ne ſtatuas illis hoc peccatum quia neſciūt
quid faciunt. complenda.

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/19, fol. [1]v-[2]r – Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ds5f/6576/56088)